

infamia. Innoc. c. finali, in fine, de secund. nupt. Hostab. n. 3. Ioan. And. n. 5. Anton. n. 2. Cardinalis. n. 1. Anchar. nu. 9. q. 2. & nu. 10. q. 3. fin. Alexander de Neuo. n. 14. Henricus. n. vlt. idem Anton. c. 1. nu. 1. de sponsal. idem Anchar. repetitio. c. canonum. n. 5. vers. iuxta predicta accedat, de consue. & consil. 17. ex predicto themate, in principio. Dominicus. c. placuit, col. 2. d. 32. Angelus de Perusio auth. de non eligendo secundo nubentes, in principio. n. 6. & repetitione. i. mater. nu. 4. & l. si qua mulier. n. vnico. C. ad Tertul. vbi & Corneus. n. 1. & d. l. mater. n. 2. & consil. 125. n. 3. lib. 5. Ripa rubric. C. de secund. nupt. in fine, & l. fin. q. 26. n. 98. C. de reuo. donat. Decius rubr. c. de secund. nupt. nu. 6. Guilielmus Benedictus. c. Raynuntius, verb. & vxorem. decis. 5. vbi de successione ab intestato. n. 90. Alexander consil. 3. nu. 12. lib. 7. & ibi Molinæus in additionibus, littera. C. Matheus de Affid. decisio. Neapolitana. 75. n. 5. Romanus consil. 182. n. 1. Parisius consil. 29. n. 8. volum. 3. Nicolaus de Vbaldis de successione ab intestato. p. 2. n. 8. Bologninus addition. ad Marthefflanum de successione ab intestato, artic. 2. principali, membro. 1. n. 31. & additionibus ad consilium. 75. Anania in fine, Sylu. nuptialis lib. 2. verb. diuiti non est nubendum nu. 78. Boerius decisio. 186. n. 2. Garronis. l. 1. n. 133. in noua editione, & auth. eisdem pœnis. nu. 11. C. de secund. nupt. Ioannes Lupus. l. 15. Tauri. n. 6. Brunellus de sponsalibus, concl. 19. n. 6. Nicolaus Arelatanus in suis responsis, responsio. 1. nu. 3. Rebuffus. 1. tomo constitutionum, tit. de constitutionibus, in proemio, gloss. 5. nu. 66. Montal. lib. 3. fori, tit. 1. l. 13. verb. pierda. Antonius de Rosellis de successione ab intestato. n. 194. (habetur tomo. 8. tractatum. p. 1.) Couar. 4. decretal. 2. p. c. 3. §. 9. n. 5. Gregor. Lopez. l. 3. verb. Faeta vno, tit. 12. p. 4. Villalobos in cõmunibus opinionibus, littera. B. n. 29. Acolta. cap. si pater. 1. p. verb. legauit. nu. 34. de testam. in 6. Tello. l. 6. Tauri. nu. 19. Sarmiento lib. 1. secl. statum. c. 4. n. 4. Antonius Gabriel tomo. 3. commun. opin. lib. 3. tit. de secund. nupt. conclus. 6. n. 1. Anton. Cucus lib. 5. institutionum maiorum, tit. 12. l. 187. Valascus consil. 116. nu. 3. volum. 1. Gutierrez l. nemo potest. n. 20. ff. de legat. 2. & lib. 2. practiq. q. 95. nu. 5. Celsus consil. 38. nu. 7. Marienqo lib. 5. recop. tit. 1. l. 3. gloss. 2. n. 1. & nu. 44. & tit. 9. l. 5. glossa. 3. n. 4. Pe-

rez lib. 5. ordinaenti, tit. 1. finali, fol. 53. vers. est tamen inquirendu. Azebedo lib. 5. recop. tit. 1. l. 3. n. 1. & 2. Lançelotus Instituta iuris canonici, lib. 2. tit. de diuortijs §. vltim. verb. abolita. Spino speculo testagloss. 14. principali. n. 100. Fulius Paganus de probationibus, libro secundo, capite tertio, numero octogesimo, & Zaualos in suis quest. practicis. q. 742. n. 5. & ex Theologis, Molina tom. 2. de iustit. tract. 2. disp. 43. col. 8. Ludouicus Lopez. 2. p. in structorij, vbi de matrim. c. 41. col. 3.

Hinc inferitur primò non esse correctã primam pœnam. nu. 2. relata, vt coniux transiens ad secundas nuptias amittat proprietatem bonorum, quæ a defuncto coniuge habuit, & reseruetur filijs prioris matrimonij. Quod fatentur omnes Doctores nu. precedenti relati. Quod sit in filiorum fauorem induta. Nec corrigitur secunda pœna relata. n. 3. ne possit mater illa dare secundo viro plusquam vni ex filijs prioris matrimonij, cui minus dedit. Quia simili liter est in fauorem filiorum statuta. Sic Couar. 4. decret. 2. p. c. 3. §. 9. n. 8. Marienqo lib. 5. recopilacionis, tit. 1. l. 2. glossa. 2. nu. 6.

Secundò inferitur, nec esse correctam tertiam pœnam relata. n. 4. nimirum, vt mater secundo nubens amittat tutelam. Quia id statutum est vt indemonstrati filiorum cõsulatur, atq; euitetur bonorum dissipatio, quæ subsequenda præsumitur ex secundis matris nuptijs. Sic Marienqo eadem gloss. 1. n. 9. Azebedo lib. 5. recop. tit. 1. l. 3. n. 5. Spino speculo restam. glossa. 14. n. 102. & aperte sentiunt Doctores latin allegandi, si enim non perderet tutelam, nõ opus esset, vt tutorem alium peteret: cum tamẽ dicant incurrere omnes pœnas, quas num. 13. retulimus, si non petito tutore, ac red-dita administrationis ratione, ad secundas nuptias transcat: nec hoc esse correctũ iure canonico. Hi sunt, Innoc. c. fin. in fin. de secund. nupt. & ibi Anton. n. 2. Abbas. nu. 3. in fin. Anchar. nu. 9. q. 2. & repetitioni. c. canonum. nu. 55. de consil. Idem Abb. c. Ecclesia. n. 15. de consil. & repetitione eiusdem. c. n. 20. & ibi Felinus. nu. 56. in 1. de claratione. Idem Host. eo. c. fin. nu. 3. Ioan. And. ibi. n. 5. Cardin. nu. 1. q. 1. fin. Bartol. auth. de nupt. collat. 4. §. fin. autem tutelam. n. 2. & auth. eisdem pœnis. n. vnico. C. de secund. nupt. & ibi Cynus sine. Albericus. n. vnico. Baldus. l. si qua mulier, in fine. c. ad Tertul. Angelus auth. de nõ elig.

secun-

secundò nubent. in principio. n. 9. & auth. de restit. & ea quæ parit. §. vnum, num. 6. Garronis rubrica. C. de secund. nupt. in noua editione. nu. 24. pœna. 12. fine, & d. auth. eisdem pœnis. n. 7. Alexander de Neuo. d. c. fin. nu. 17. Nicolaus Arelatanus in suis responsis, responsio. 1. nu. 2. Antonius de Rosellis de successione ab intestato. n. 195. Montaluis lib. 3. fori, tit. 1. l. 13. verb. pierda. Couar. 4. decret. 2. p. c. 3. §. 9. nu. 6. Antonius Cucus lib. 5. institutionum maiorum, tit. 12. n. 88. Antonius Gabriel tomo. 3. commun. opin. lib. 3. tit. de secundis nuptijs, conclus. 9. n. 2. Perez lib. 5. ordinam. tit. 1. l. fin. fol. 54. vers. deducitur etiam. Fulius Pacianus lib. 2. de probationibus. c. 3. n. 81. & Ludouicus Lopetius in 2. p. in struct. vbi de matric. c. 41. col. 3. Et ratio est, quia non punitur femina illa eod quod secundo nupsit, sed quod malè admodum instruit filiorum bona, non petito eis tutore, nec redditis rationibus, vt tenebatur.

Tertiò inferitur, nec corrigi iure canonico sextam pœnam. n. 16. relata, vt mater secundo nubens priuetur filij pupilli educatione, vt benè docet Marienqo lib. 5. recop. tit. 1. l. 3. glossa. 2. nu. 8. nec septimam, nempe, vt non possit exemplariter substituere: si sustineamus eam pœnam verè incurri, cum Doctoribus. nu. 22. allegatis: nec vt excludatur per tacitam pupillarem: si verum est eam excludi, vt sustinent quos retulim. 17. Quippe omnes hæ pœnæ sunt principaliter in filiorum fauorem statuta, & colligitur ex Doctoribus ibidè citatis. Si enim hæ pœnæ correctæ essent, non affirmarent matrem illis subijci.

Vltimò inferitur, nec noni pœnã relata, n. 13. corrigi, nempe, vt perdat privilegia,

& honorè mariti. Quod nõ propriè pœna dici possit, sed ex adu natura confurgat, eod qd per secundas nuptias cesset omnino ratio huius cõcessionis (vt probauit. n. 31.) sic Garronis rubrica. C. de secud. nupt. in noua editione, remedio. 4. contra secudò nubentes. n. 125. Matien. lib. 5. recop. tit. 1. l. 3. gl. 2. n. 5. & tit. 9. l. 6. glo. 2. in fin. Spino speculo testamentorũ, gl. 14. nu. 101. 102. Nec corrigitur etiam decima pœna relata nu. 32. vt filij non teneantur matrè secundò nubentem dõrare. Quod colligitur ex Doctoribus ibi allegatis, non enim eã affirment, si correctæ esset. Et ratio est, quia non est propriè pœna, sed non cõpelli filios arma ad sui dedecus ministrare. Nec vndecim relata. nu. 33. ne possit reuocare donationem causa ingrati tudinis. Quod sit in fauorem filiorum priorũ, ne potius mater reuocet cõtemplatione viduicæ. Sic Matienqo ca. 1. 3. gloss. 2. n. 7. Nec tandem corriguntur pœnæ. 13. & 14. relata, num. 36. & 36. vt pater teneatur satisfare, & mater rationem reddere de modicis. Quod vtraq; similiter sit in filiorum fauorem. Et colligitur ex Doctoribus ibidem allegatis illas inserentibus, nullamq; correctionis mentionem facientibus.

Ad argumenta. n. 38. relata constat ad. 1. 2. & 3. ex ratione vltima mox sententiæ. n. 19. adducta. Nõ enim omnis pœna auferens si qualiter libertatè matrimonij est iure canonico reprobata: sed quæ cõsistit in proprio matrimonio perdendo: secus de ea quæ potius cõsistit in lucro non acquirèdo, vel eo sub conditione acquisito perdèdo. Ad confirmationem secundè dicte eam pœnam non impostam esse principaliter ad filium dum filijs, sed ad puniendam nuptiarũ intra annum luctus accelerationem.

DISPUTATIO OCTOGESIMANONA.

Qualiter coniux ad secundas nuptias transiens teneatur reseruare filijs prioris matrimonij bona à coniuge defuncto habita?

SVMMA RIVM.

Not sunt quæstiones disputandæ. nu. 1. Mater anno luctus, vel post. secundo nubens, amittit etiam in foro conscientia proprietatem bonorum quæ a vivo habuit: vbi ex filij successione, vbi sibi reseruat, & illa transferretur ad filios priores, hinc tamen non reseruat illis. n. 2.

An possit in aliqua parte horum bonorum aliquid ex illis filijs præferre: & si hoc iure Regni correctum nu. 3. An in bonis, quæ successione filij ab intestato habuit, possit aliquem ex illis præferre nu. 4. Si prætulit aliquem ex filijs in tertio, institutis virum heredem quinti, qualiter succedet hic

hic

hic filius cum alijs fratribus in illo quinto
 nu. 5.
 An possit de proprietate illa, quam tenetur re-
 servare prioribus filijs disponere: & filijs ea-
 nere de ea restituenda? nu. 6.
 An parente alienante, possint filij eo supersti-
 te, aut defuncto renovare? nu. 7.
 An si parens non distraxit, sed consumpsit, te-
 neantur heredes ad estimationem? nu. 8.
 Quot condiciones desiderantur, ut huic refer-
 vationi locus sit? nu. 9.
 An pater secundò coniugatus teneatur ad ean-
 dem reservationem? nu. 10.
 An teneatur illis reservare usum fructum, quò
 in bonis ipsorum maternis acquirit: & an
 usus fructus, quem veteris retinet parens in
 bonis, que tenetur reservare filijs prioribus,
 extinguatur filio emancipato? nu. 11.
 An avi, & alij ascendentes teneantur ad hanc
 reservationem descendentibus? nu. 12.
 Quid, si postrius matrimonium, consummatum
 non sit, aut sit irritum? nu. 13.
 An legatum à coniuge defuncto relictum refer-
 vetur filijs prioris matrimonij? nu. 14.
 An teneatur mater reservare qua habuit ex
 substitutione pupillari filij? nu. 15.
 Quid, quando ex testamento, vel donatione co-
 iugis defuncti habuit aliquid superstes non
 ex bonis ipsius defuncti, ut si quis de viro
 facultatem testandi, vel distribuendi, & vir-
 der, aut leget vxori? Et quid, si tunc de v-
 xori committentis facultatem, & illa secu-
 dò nubat? nu. 16.
 Quid de bonis coniugis acquisitis cõtemplatio-
 ne alterius coniugis? nu. 17.
 Quid, si succedat ab intestato in bonis filij, que
 habuit à parente defuncto, siue transeat ad
 secundas nuptias ante filij mortem, siue post?
 nu. 18.
 Quid, in legitima parenti superstiti debita in
 bonis illius filij? nu. 19.
 Quid, quando vir & vxor ex bonis comuni-
 bus filiam dõnant? nu. 20.
 Quid de bonis, que ex renunciatione filij patris
 habuit, vel quia femina à successione exclu-
 ditur? nu. 21.
 An parens secundò coniugatus succedens pos-
 tea filio, succedat plene illi in proprietate
 bonorum, quam amisit per secundas nup-
 tias, & erat illius filij: an potius ea ceteris
 fratribus referretur? nu. 22.
 Quid de bonis, que ex substantia aui pervenerunt
 ad filium? nu. 23.
 Quid de bonis aliunde filio acquisitis, siue pa-
 rents superstitie filio siue eo mortuo, secundis
 nuptijs copuletur? nu. 24.

Quid, si filij non sint heredes, quòd renuncia-
 rint, sint ve incapaces, ingrati? nu. 25.
 Quid, de acquisitis titulo oneroso, an sint prio-
 ribus filijs reservanda? nu. 26.
 Quid, de arvis, sponsalitia largitate, donatio-
 ne remuneratoria, lecto quovis iure, vel sibus
 vidualibus? nu. 27.
 An parens succedens filio in bonis, que ille ha-
 buit titulo oneroso à coniuge defuncto, teneat-
 ur ea reservare filijs prioribus? nu. 28.
 An lucra acquisita constante matrimonio, siue
 lege, siue consuetudine communia sint, refer-
 ventur filijs prioris matrimonij? nu. 29.
 Quid, de bonis qua coniux superstes lucratur
 ex patrimonio defuncti, ita disponente sta-
 tuto, consuetudine? Refertur opinio, nume-
 ro. 30.
 Explicatur sententia Authoris nu. 31.
 Quid, de eo quod coniux lucratur ex pacto in-
 ter ipsos inito ut superstes acquirat? nume-
 ro. 32.
 Quid, de quarta debita coniugi superstiti ex
 bonis defuncti? Et remissio, an extrahen-
 da sit de quinto, ac debeatur superstiti et habè-
 re partem diuitentium? 33.
 An reservationi huic sit locus, quando ex prio-
 ri matrimonio non sunt filij suscepti, ac de-
 functus ex alio matrimonio filios habuerat?
 nu. 34.
 An si filij prioris matrimonij obierint, succedat
 parens secundò coniugatus plene quoad
 proprietatem & usum fructum? Refertur du-
 plex sententia, nu. 35. & 36.
 Proponitur sententia Authoris: & quid dicen-
 dum extantibus tunc nepotibus. n. 37.
 An non extantibus filijs prioris matrimonij re-
 mittantur pona non in ipsorum favorè indu-
 ctæ? nu. 38.
 An filio prioris coniugij disponente de tertia bo-
 norum parte in parentis præiudicium, sit il-
 la extrahenda de solis bonis omnino filij pro-
 prijs: an etiam de proprietate bonorum, quò
 sequutus est parente transeunte ad secun-
 das nuptias? nu. 39.
 An si parens priuatus proprietate ob secundas
 nuptias retento usufructu, moriatur fructi-
 bus eorum bonorum pendentiis, pertineat
 fructus ad filios prioris matrimonij, quo-
 rum erat proprietarius. n. 40.
 Post, num. 40. inuenies summaria qua deside-
 rantur.

Duplex est questio disputanda.
 Prior de conditionibus petitis,
 ut coniux ad secundas nuptias
 trahens teneatur reservare bona

filij

filij prioris matrimonij. Posterior de casti-
 bus, in quibus ab hac obligatione absol-
 vitur.
 Questio prior. Quæ condiciones desi-
 derentur, ut coniux trahens ad secundas
 nuptias teneatur bona reservare filijs prio-
 ris matrimonij? Præmittendum est, vxorè
 aliquod quocunq; titulo lucratiua à mari-
 to accipientè, siue ex donatione inter vi-
 uos, siue ex vltima voluntate, teneri tran-
 seundo ad secundas nuptias, id totum in te-
 grè reservare filijs prioris matrimonij, ut
 expresse deciditur. l. femina, in principio
 C. de secund. nupt. ibi. Femina qua suscep-
 tit ex prioris matrimonio filijs, ad secundas post
 luctus tempus statutum transferunt nuptias,
 quequid ex facultatibus priorum maritorum,
 sponsalium iure, quicquid etiam nuptiarum so-
 lentate perciperint, aut quicquid mortis cau-
 sa donationibus factis, aut testamento iure di-
 recto, aut si sibi legatis, aut legatis titulo,
 vel cuiuslibet munificæ liberalitatis premio,
 ex bonis priorum maritorum fuerint asequu-
 ta, id totum ita ut perciperint, integrum ad fi-
 lios, quos ex precedenti coniugio habuerint,
 transmittant. Idem habetur. l. hac edita l. 1.
 §. his illud, C. de demig. & l. 2. C. de indi-
 cta viduit. & l. mater. C. ad Tertullian. &
 auth. de nuptijs. §. si vero expectet, colla.
 4. & concordat. l. regia. 26. tit. 13. p. 5. & pri-
 uatè statim ipso iure domino omnium lu-
 erorum, que à coniuge defuncto percipe-
 rat, applicatæ, communibus liberis, re-
 tento sibi dum vixerit, solo usufructu. Sic
 habetur. l. generaliter, in principio. C. de
 secund. nupt. ibi. Dominium autem rerum, que
 liberis per huius legis, vel preteritarum consti-
 tutionum auctoritatem seruantur, ad liberos
 pertinere decernimus: itaq; defuncto eo, qui li-
 beris seruabat, extantes ab omni possessore libe-
 ri vendicabunt. Nam verbum, vendicabunt,
 dominium supponit, & eo non habito nõ
 datur vendicatio. In rem. ff. de rei iudi.
 Et paulò inferius, Administrate patri veili-
 ter concedimus. Si ergo sola administratio
 parenti conceditur, dominium iam erat fi-
 liorum. Et clarus auth. de nupt. §. si vero
 expectet, collat. 4. ibi. Omnis eam deserit pro-
 prietatis modus in ijs, que à priori viro in eam
 venerunt, & filij ea percipient, & proprietatis
 erant domini, mox quò mater coniuncta est alijs
 viro. Idem habetur. d. l. femina, in princi-
 pio, ibi. Possidendi tantum, atque fruendi in
 diem vita. Et auth. ex testamento. C. eodè
 tit. ibi. Eorum solum usufructum percipient,
 & auth. in donatione. C. eodem tit. ibi, De-

ferit eam proprietatis. Quod procedit, quan-
 vis ea bona mariti ad vxorè peruenerint,
 ex successione filij: quia, nimirum, filius
 in illis successit patri, & filio defuncto suc-
 cessit in eisdem mater (vt nu. 18. latius di-
 cemus: Quòd si opponas, dominia rerum
 non transferri nisi sequuta traditione. l.
 traditioibus. C. de passis. Respondet Ni-
 colaus Arletanus. l. generaliter. nu. 96. in
 noua editione. C. de secund. nupt. posse
 legem alicui auferre dominium rei suæ, &
 trāsferre in alium absq; traditione. Huius
 autem rei duplex est ratio. Prior, ob omnia
 iura prioris viro, & filijs illarum, per transi-
 tum ad secundam vxorè. Quæ iniuria constat
 ex auth. de nuptijs. §. si autem tutelæ, vers.
 nos autè, ibi. Tribus maxime neglectis, Deo,
 defuncti memoria, & obaritate filiorum. Et
 authent. de non eligendo secundo nubent-
 es. §. prope ximus, ibi. Quoniam omnibus
 à malis secundi nuptijs fecit iniuria. Et auth.
 de nuptijs. §. quæ verò nunc sequuntur,
 vers. nos igitur, ibi. Defuncti animam contri-
 staret. Et vers. qui igitur, ibi. Et per omnia
 contristandi priorem maritum. Et §. nec il-
 lud, ubi agitur de filijs, ibi. Et illi iniuriam
 passi sunt nuptijs. Et §. si verò, ibi. Et filios
 ex hac exonoratos. Et §. soluto, ibi. Et non
 procreata sobolem sequentibus matrimonijs
 forsitan contristare. Quæ ratio legitima est,
 (vt fitentur omnes Doctores quos. n. 43.
 & 49. referat) ob id enim ab hac pena ex-
 cusant sceminam transeuntem ad secundas
 nuptias de consensu viri, aut filiorum prio-
 ris matrimonij: quòd ipsis consentienti-
 bus cesset iniuria. Et clarè redditur hæc ra-
 tio auth. de non elig. secundò nub. in prin-
 cipio, vers. prope ximus, ibi. Et nullam esse
 licentiam matri alios quidem filiorum elige-
 re, alios autem exonorare: quoniam omnibus
 simul secundis nuptijs fecit iniuriam. Et §.
 venient autem, auth. de nupt. ibi. Venient
 autem talia lucra ad filios omnes ex prioribus
 offensos nuptijs. Quamuis Sarmiento lib. 1.
 selectarum. c. 4. n. 3. eam contra commu-
 nem sententiam impugnet. Posterior ra-
 tio est, quam tradit ibi Sarmiento. Quòd
 æquitatis naturalis, & rationi consonet, ut
 bona prioris viri laboribus qua sita, non
 cedant in victrixi, aut eius filiorum utilita-
 tem, sed referantur filijs coniugis, qui il-
 la acquisiuit. Hæc autem ratio sola nõ suffi-
 ceret. Nam bona ex posterioris coniugis
 substantia parta, si non transeat ad tertias
 nuptias, minimè tenetur reservare filijs se-
 cundi matrimonij: sed potest de eis dispo-

nerc

nerer inter filios prioris matrimonij, sicut de proprijs bonis. Cū tamen mulier illa ratio, nēpe, cōparata esse sudore secundi viri. Quod cōtingit, quia nec secundo viro, nec eius matrimonij filijs iniuria aliqua irrogata est. At id efficere nequiret transiens ad tertias nuptias, sed priuaretur dominio, & trāferretur ad filios secūdi matrimonij: ed q̄ iā illi, eorūq; pater iniuria affecti sint. Non ergo sola illa æquitas naturalis est causa huius decisionis, sed illa simul cum iniuria irrogata, imò hæc est potissima. Quauis autē d. l. fœminæ, in principio, dum hanc reservationem statuit, loquitur de fœmina transeunte ad secūdas nuptias post annum luctus: at à fortiori est idem dicendum, si transeat intra annū luctus. Cūm lōgē grauior iniuria viri memoriz, ac eius filijs, tam accelerato transitu inferatur. Præterea, quia creditū nō est dignum, leges, quæ tam acerbis pœnis fœminam intra annum luctus nubētē plectūt, (vt disp. 87. explicuimus) velint eam eximere ab hæc, quæ æquitati naturali consonat, ac in fauorem filiorum valde cedit. Vnde dum prædicta l. fœminæ, explicuit, vltra annum luctus, noluit contrarium decidere, si intra annum illum luctus nuptiæ secūda contingerent, sed id solum declarauit, quod difficultatē ingerere poterat. Nōc valet argumentum à contrario sensu petitum, quando inde confurgit absurdum inrellctus (vt tradit Euerardus in suis topicis, loco à contrario sensu, nu. 7.) & ita tradunt Glossa. d. l. fœminæ, verb. statuitur: & d. l. generaliter, verb. generaliter. Et ibi Baldus statim in principio, ante primum norabile. Ripa. d. l. fœminæ, in principio, in noua editione, q. 10. num. 20. Azebedo lib. 5. recopil. tit. 1. l. 4. num. 2. Quod si opinas quod ex multis retulimus disput. 87. num. 24. nempe, correctum esse iure canonico, vt fœmina intra annum luctus non bens perdat proprietatem: Ibi huic obiectioni satisfeci, hoc explicans. Et vt mater pertransit ad secūdas nuptias perdat dictam proprietatem, ac teneatur referuare filijs prioris matrimonij, nulla exigitur iudicis sententia. Quia hoc non est propriè pœna, sed iuris dispositio in filiorum fauorem. Atque id significant verba textus citata, dum dicunt, statim eam perdere proprietatem. auth. de nupt. §. si verò expectet. Et ita docent Nicolaus Arelatan. l. generaliter, in noua editione, nu. 93. C. de secund. nupt. & citato Corneo Anton.

Gabr. tom. 3. cōmun. opin. lib. 3. tit. de secund. nupt. cōcl. l. n. 10. Vsum fructū verò quem mater secundo nubēs sibi retinet in bonis prioris viri, quorū proprietatē perdit, nō tenetur filijs prioris matrimonij referuare. Quòd omnes textus allegati ad solam proprietatem seruandā obligat. Et ita docet Ioannes Lupus. l. 11. Taur. n. 10.

Quauis autem l. generaliter, in principio, verb. diuidēdi, & l. fœminæ, in principio. C. de secund. nupt. concedebatur matri, vt pro suo arbitrio posset inter filios prioris matrimonij diuidere acquisita à priori cōiuge, quorū proprietatē amiserat, ac in eis præferre quæ ex illis mallet: at hæc electio, & diuisio sublata sunt per ius authenticorum, quod prædictas leges corrigens, statuit ea lucra æquē inter filios prioris matrimonij diuidenda, nec integrū esse parenti, aliquem illorum in quātuorū mēdia parte præferre. Vt cōstat ex auth. lacrum. C. de secund. nupt. ibi. *Lacrum hæc æquāliter inter liberos distribuitur, nō arbitrio parentis permittitur.* Idem habetur auth. de nupt. §. venient, collat. 4. & auth. de non elig. secundò nubētēs. §. prospeximus, collat. 1. Et quauis Pelaez de Meres de maioratu. in. 1. editio. r. p. q. 54. sine, dicat factis dubiū esse, an hoc correctum sit per. l. regia. 19. Tauri, hodie. l. 3. tit. 6. lib. 5. nouę recopil. quæ absolutē, & indistinctē permittit præteritis in tertia, & quinta bonorum suorū parte quemlibet ex filijs, vel descendētibz præferre: atq; addit in hoc dubio nō esse recedendū ab huius legis regie decisione. Cæterū nullo pacto correctas esse prædictas leges asserendū est. Quia lex regia loquitur in bonis proprijs ipsorū cōiugū, ibi. *Puedan señal vt en cierta cosa, d parte de su heredad, el tercio y quinto de mejor.* At hæc bona referuanda prioribz filijs, non sunt propriū transeuntis ad secūdas nuptias patrimonium, sed solū vsum fructū in eis retinet (vt nū. præcedētī probauimus.) Præterea, quia. l. 15. Tauri, hodie. l. 4. tit. 1. lib. 5. nouę recopilat. statuit vt dispositū in fœmina secundo nubētē quoad perdendā bonorū à viro acquiritorū proprietatē, absq; obligatione referuandū filijs prioris matrimonij, habeat locum etiā in viro secundo vxorē ducente. Cū ergo attenda ea. l. 15. regia, bona illa referuanda filijs prioris matrimonij non sint propriū patrimonij coniugis secūdis nuptijs copulati, cum postea concedit. l. regia. 19. facultatem præferendi filios in tertia, & quinta

patrimonij parentum parte, non intelligitur de bonis illis referuandis filijs prioris matrimonij. Præterea, quia non est credendum tot Auctores, qui leges illas regias. 15. & 19. Tauri, commentati sunt, huius correctionis in memores fuerint. Tandem, quia Doctores, num. 4. allegandi ex Regnicolis sunt, & tanquam rem manifestam supponunt in ijs bonis denegari parentibus facultatem præferendi aliquē ex filijs prioris matrimonij: nec id in dubium vertunt.

Hoc tamen temperandum est, nempe nō posse in his bonis præferri aliquem ex filijs prioris matrimonij, vt intelligatur, quando coniux secundo coniugatus habuit immediatē ea bona à coniuge defuncto: si enim ex successione filij prioris matrimonij habeat aliqua bona, in quibus filius parentis defuncto successerat, potest coniux superflus ea diuidere inter filios reliquos prioris matrimonij, ac in eis quæ libet illorum præferre: sicut potest id efficere de proprijs suis bonis: hoc tamen excepto, quòd illa bona sunt necessariò referuanda filijs prioris matrimonij, ac inter ipsos filios diuidenda: hæc autem minime, sed inter vtriusq; matrimonij filios. Et ratio est, quia attento iure Codicis (vt diximus. n. 2.) quauis bona quemlibet à defuncto coniuge titulo lucratiuo acquirita teneantur superflus referuare filijs prioris matrimonij: poterat tamen illa inter eos diuidere, & aliquem ex illis præferre. Et quamuis facultas hæc adempta sit per ius authenticorum, vt auth. de non eligendo secundò nubētēs. §. prospeximus, & auth. de nuptijs. §. venient: & auth. lacrum. C. de secund. nupt. At textus hi de lucris nuptialibus habitis immediatē à marito, vel ex legato, vel ex donatione eius loquuntur. Quare videntur non corrigi, sed in suo pristino robore manere iura Codicis quoad hæc bona: vt cæteri textus tanquam correctorij restringi debeant. Et confirmatur, quia auth. de nuptijs. §. hinc nos, vers. si autem intestatus, loquens textus de bonis patris quæ ex filij successione consequitur mater ad secūdas nuptias transeunt, solum decedit ea bona quoad proprietatē referuari filijs prioris matrimonij, nulla mentio facta potestatis, vel impotentis inter illos distribuendi. Ergo seruandum est ius codicis tanquam illatum manens, quod permittebat hanc distributionem in bonis, quorum proprietatem referuabatur filijs prioris matrimonij. Sed dices, ius il-

lud Codicis, quod permittebat eā distributionem inter illos filios, & alius prælationem, non loqui de bonis habitis ex successione filij: sed de habitis immediatē à viro (vt cōstat ex dictis. n. 2.) ac proinde nullo iure permilla esse distributionē, & prælationem, inter filios prioris matrimonij, in his bonis habitis ex filij successione. Nam authenticum loquens de his bonis, reservationem solum dedit, nulla facta mentione distributionis (vt proximè dixi.) Fateor hoc: at cum hæc simul sententia referuari bona filijs matrimonij prioris, & posse parentem inter eos distribuere, vt cōstat ex l. fœminæ, in principio, & l. generaliter, in principio. C. de secund. nupt. Et textus solum referuarit hæc bona, non denegando potestatem distribuendi: ac vbi eam denegari voluit, id expressit: signū est in his bonis non esse denegatam potestatem. Et secundò probatur, quia eū hoc sit iam effectum patrimonij filij, satis est vt retineat qualitatem reservationis: cum lege expressa non sit negatio facultatis distribuendi. Et ita sustinet Sarmiento lib. 7. selectarum. c. 1. n. 1. Sed quamuis hoc sit acurè, & probabiliter dictum: multo magis placet non esse integrum parenti hæc bona inter filios prioris matrimonij distribuere, nec in eis quemquam illorum præferre: sed æquē referuari filijs illis. Ducor, quòd ex natura rei, & vbi nulla est contrarietas iuris permissio, ex reservatione bonorum, an illa proprietate, eaq; in prioris matrimonij filios translata, necessariò inferatur, parentem, qui solum vsum fructū retinet, nullo pacto posse disponere de proprietate, vt potest, quæ nō est sua, sed filiorum: & si id poterat attento iure Codicis, id eueniebat, quia ius illud priuans proprietate, speciali permissione concessit eā potestatem distribuendi, & præferendi. Quare cum ius illud non loquatur in bonis habitis ex successione filij: circa hæc nulla est specialis decisio, vt dicamus, illa corrigenda esse. Ius autem authenticorum, quod circa hæc bona reservationem statuit: ac matrem priuari illorum proprietate, transeundo ad secūdas nuptias, cum non expresse permittat hanc distributionem, & prælationem, nec alibi circa hæc reperitur permilla, ex necessaria consequentia amissionis proprietatis, inferatur eam interdiciam esse. Non enim potest dici, dispositionē. §. hinc nos, auth. de nupt. decernentis horum bonorum, reservationem,

nem, & parentem priuati illorum proprietate, intelligendam iuxta ius Codicis similem reservationem facientis, cum potestate distribuendi, ac preferendi. Quia cum ius illud Codicis esset iam correctum per idem ius authenticorum, eodem auth. de nuptijs. §. venient autem: non est dicenda dispositio nem authenticam eodem tit. confor matri eum iure Codicis antiquati iam, & correcti ibidem, sed potius cum dispositione eiusdem authentici corrigentis, & ita statuente eam reservationem, vt nequeat pars circa bona sic reservata efficere distributionem, atque aliquem filium preferre: eod. vel maxime quod hac duo sint connexa supra natura: vbi specialis iuris prouisione non segregantur. Et ideo contra Sar miento (licet nulla adducta ratione) tenet Azebedo lib. 5. re copil. tit. 1. l. 4. n. 5. Atq; huius sententia videntur Sylu. nuptialis lib. 2. verb. adiuti non est nubendum. n. 75 ampliatione. l. iun. c. 10. n. 76. ampliation. 4. Antonius Gomez l. 14. Tauri. n. 2. & 3. Ma tiens colib. 5. re copil. tit. 1. l. 3. gloss. 2. n. 42. Gutierrez lib. 3. practiarum. q. 43. nu. 2. q. statim in principio. Molin. tom. 1. de iust. tract. 2. disp. 164. col. 3. notabil. 3. vbi postquam dixere quae bona tenentur parens transiens ad secundas nuptias reservare filijs prioris matrimonij, ac inter ea numerarunt quae ex filij successione acquisiuit, dicunt neque parentem hac bona inter filios distribuere, aut aliquem eorum in illis preferre, sed aequaliter omnibus illis reservari.

Hinc deducitur primò, quid in hac questione sentiendum sit. Coniux praetulit filium quemdam communem in tertia bonorum suorum parte, & reliquum coniugè instituit haeredem quinti: dubitatum fuit, an parente superflite secundò coniugato, succedant illi filij pro aequis portionibus in quanto legato illi? Id enim affirmare videtur quanto legatus subobscure Ripa. l. femina; in principio. in noua editione. q. 25. nu. 67. C. de secund. nupt. Quòd in auth. iurum. C. de secund. nupt. decidatur lucra habitata coniuge transeunte ad secundas nuptias ex bonis coniugis defuncti, esse aequaliter diuidenda inter filios prioris matrimonij. At merito duo causidici praetorij Granatensis ex peritoribus consulti de hac re oppositum conseruere, dixerunt; filio il lipriato in tertia bonorum parentis defuncti parte, dandam esse tertiam partem illius quinti, atq; deinde ex residuo danda

illi quamdam portionem aequalè. sicut & reliquis filijs prioris matrimonij. Et ratio est, quod authenticum insertum in libro Codicis à quodam priuato Authore, atq; ideo vim legis minime obtinent, nisi quatenus concordant cum Authentico originario: d. Authentica vbi, male translata est ex Authentico originario, quod est Auth. de nuptijs, collatio. 4. §. venient autem, ommissa enim sunt ea verba, *Ideoque secundam portionem vnusquisque.* Cum ergo filij successuri sint in illo quinto, secundum portionem, in qua vnusquisque successit parenti defuncto, ille qui in tertio praetatus est ab ipso, praerèdus quoq; est in tertio illius quinti, & deinde sicut vnus ex fratribus in sua portione succedet.

Secundò deducitur, matrem transeuntem ad secundas nuptias, non posse dispo nere de proprietate illorum bonorum, quae filijs prioris matrimonij reservare tenetur, ea alienando, aut obligando. Sic dicitur exprèsse. l. femina, in fine principij, & l. generaliter, in principio. C. de secund. nupt. & auth. de nuptijs. §. sed quod sanctum est, colla. 4. Et ratio est, quòd solo vsu fructu eorum bonorum gaudeat. Matrum autem veteris patris ad secundas nuptias transiens tenentur filijs caeteris de his lucris restituendis: consulendi sunt Cistè tes. l. 15. Tauri, ad finem, Gregorius Lopez l. 26. verb. fincar, in fine, tit. 13. p. 5. Covar. 1. var. c. 8. n. 6. Antonius Gomez. l. 15. Tauri nu. 5. Azebedo lib. 5. re copil. tit. 1. l. 4. n. 48. & alij multi, quos hi referunt.

Nec tamen inde inferre licet, alienante parente eiusmodi lucra, integrum esse filijs prioris matrimonij reuocare viuente parente alienationem. Pars enim negans colligitur à contrario sensu ex l. generaliter, in principio, vers. itaq; defuncto. eod. C. de secund. nupt. ibi. *Itaq; defuncto eo, qui eos liberis seruabat, extantes ab omni possessore liberi vendicabunt.* Ergo à contrario sensu eo superflite non poterunt. Sed quia ré pore illius legis retinebat parens ille proprietatem, dū superflite erat, quam hodie ipso iure amittit (vt diximus n. 2.) videtur hodie posse filios reuocare vinem adhuc parente. Quòd inuult fecerit rem nō fuis, sed filiorum alienando. Et ideo hoc sustinet Baldus. d. l. generaliter. §. in his autè, statim in principio, vers. & per istam rationem. Sed verius est, non posse reuocare superflite parente. Docet ex §. sed quod sanctum est, auth. de nuptijs, vbi postquam

textus decreuit, parentem secundò coniugatum amittere proprietatem, & facultate alienandi, vel hypothecae subiciendi ea bona: subiicit textus hac. *Non vt prohibeat eos aliquid agere in ijs, quae voluerim. Erubescit enim lex castigatores filios genitoribus seruare.* Vbi Glossa, verb. aliquid, explicat, quod pertineat ad causam vsufructus secundò aliquos: imò etiam quod ad proprietatem pertinet. Et paulò inferius ait textus. *Vel si quid omnium egerit, tale erit quale nec gestu, nec scriptu quod factum est vendicabunt eum ea omnino filij.* Vbi ponderandum est verbu illud futuri temporis, *Tale erit*, quod denotat alienatione nō statim esse irrita, neq; filios protinus vendicare: & ita textus ait, *vendicabunt*, scilicet, post mortè parentis. Nec obstat lucris esse dominos. Quia nō sunt domini irreuocabiliter, sed si superuixerint parenti: quare interim vendicare nō possunt. l. fin. §. in autè. C. communia de legatis. Sic tenet Rip. l. femina, in principio, in noua editio. q. 28. n. 69. C. de secund. nupt. Vtrū autem si filij sint haeredes possint reuocare: an potius teneatur stare gestis à patre, vt pote qui tenetur de euictione: consulendi sunt lazarè Nicolaus Arel tanus. l. generaliter, in noua editio. n. 20. & multis sequen. C. de secund. nupt. & Antonius Gabriel tom. 3. comun. opin. lib. 3. tit. de secund. nupt. concl. 22. n. 4.

Quòd si parens non alienauit, sed consumpsit: videtur eius heredes nō teneri ad estimatione. Licet enim parens nō habeat facultate alienandi, habet tamen facultate vtendi, possidendi, & fruendi. Ergo re perrepta nō tenetur. Argumento ex l. penul. & final. ff. quemadmodum seruitus amittit. Nā res perit domino. l. in cendū. C. si certum petat. Caeterum dicendum est, teneri haeredes ad estimatione. Sic enim deciditur. l. femina, in fine principij, & l. generaliter, in principio. C. de secund. nupt. Quòd intelligendum est, quòd culpa parentis, qui reservare tenebatur, res illa perijit, atq; consumpta est. Si enim absq; eius culpa pareat, perit verò domino, nempe, si filij, d. l. in cendū. Sic Baldus ea l. generaliter, in principio. nu. 2. vers. sed nunquid fuit res, & ibi Nicolaus Arel tanus in noua editione. n. 116. Rip. d. l. femina, in fine principij. Addit bene Baldus idem esse dicendum, si culpa haeredu perijt res illa filijs prioris matrimonij reservanda.

Quadruplex autem conditio desideratur, vt locus sit huic bonorū reservationi

filijs prioris matrimonij. Prima est, vt mater ad secundas non uptias trāseat. Secunda, vt bona sint acquisita ex coniugis defuncti patrimonio. Tertia, vt sint acquisita titulo oneroso. Vltima, vt superint filij ex prioris matrimonio. Quae conditiones seorsum enucleandae sunt.

Circa primā conditione dubitatur primò An idem dicendū sit de patre transeunte ad secundas nuptias? Si res hęc iure communi expendatur, sub iudice erat (vt satis probat Ioann. Lup. l. 15. Taur. n. 2.) & in viro non procedere tenet Salicer. l. femina, §. illud. n. 3. C. de secund. nupt. At communissima, & serè certa sententia est, idè prorsus dispositū in femina, habere locū in viro secundam vxorem ducendo, atq; iure communitatq; ita eū amittere proprietate bonorū, quae ab vxore titulo lucratio habuit, nec posse ea alienare, aut hypothecae subijcere, aut distribuere, sed aequaliter reseruari filijs prioris matrimonij. Idq; satis probat textus in l. generaliter. C. de secund. nupt. & melius in auth. de nupt. colla. 4. §. si verò expectet. ibi. *Et haec communis mulieris, & viri multa sit postea.* Vbi Gloss. verb. & viri, ar. scilicet, transeūnt ad secundas vota. Atq; ita sustinet Gloss. l. femina, in principio, verb. possessione. C. de secund. nupt. Bart. ibi. nu. 2. Baldus in fine principij. Ripa. in noua editione. q. 1. n. 2. Hostiensis summa, tit. de secund. nupt. n. 5. vers. sic vidit. l. 15. Azo. summa, eod. tit. n. 14. Oldradus cons. 33. nu. 2. & 3. idem Bart. auth. de non elig. secundò nubentes. 6. cum igitur n. 12. Anchar. c. fin. n. 8. q. 1. fin. de secund. nupt. Praepositus rubrica, eod. tit. n. 3. Paulus. l. mater. n. 3. Cad Tertul. & ibi Angelus de Perusio in repetit. n. 5. fin. Angelus de Aretio in fist. de Senat. consulto, Tertul. §. praerentur. n. 16. vers. secundo causu. Roma. cons. 182. nu. 1. Cotheus consil. 242. ad finem. volum. 2. Parisius cons. 29. nu. 77. vol. 3. Nicol. de Vbi. de success. ab intestato. p. 2. n. 10. Mathey. eodè tractatu. ar. 2. principali. mēbro. 1. n. 25. & 26. & ibi Bolog. in additio. Anto. de Roselli. eo. tra. 2. n. 195. Angel. de Gambel. tractatu de testam. gloss. 46. n. 7. (habentur omnes hi tom. 3. tractat. p. 1.) Nicol. Arel. l. generaliter. n. 11. q. 2. & 3. C. de secund. nupt. Boerius decil. 187. nu. 1. Guliel. Bened. de Raynuntius, de testam. verb. & vxore. de dition. §. vbi de successione ab intest. n. 88. Tiraq. alios allegans. l. boues. §. hoc sermo, in principio. nu. 156. ff. de verb. signific.

Montanus lib. 3. fori tit. 1. l. 13. verb. pierda. Ioannes Lupus. l. 14. Tauri nu. 3. Castillo ibi. nu. 8. Cifuentes. l. 15. Taur. nu. 2. Gomez Arias. l. 12. Tauri, in fine. Couar. 4. decret. 2. p. c. 3. §. 9. n. 7. Anto. Gom. l. 15. Tauri. n. 4. & ibi Tello. n. vnic. Auendaño ibi Gloss. vnic. n. vnic. Molin. lib. 2. de primog. c. 10. n. 59. Gutierrez lib. 2. pract. q. 95. n. 3. Matien. lib. 5. recop. tit. 1. l. 4. glos. 3. n. 1. Azebedo eadem. l. 4. n. 29. Villalob. in suis commun. opin. littera. B. nu. 42. Anton. Gabriel. tom. 3. commun. opin. lib. 5. tit. de secund. nupt. concl. 1. n. 2. At quidquid sit de iure communi, in hoc Castellæ regno hæc opinio est decisiva. l. 15. Tauri, hodie. l. 4. tit. 1. lib. 5. nouæ recopil. regie, vbi expressè dicitur in vtroq; cõiuge idẽ quoad hoc esse seruandum.

11 Non tamẽ tenetur pater vsufructu, quẽ in bonis maternis filiorum lege acquirit, referre filijs prioris matrimonij. Quia illo potitur ex legis dispositione ratione patriæ potestatis, quæ minime extinguitur transitu ipsius ad secundas nuptias. Sic Gomez Arias. l. 12. Tauri. n. 16. Er quauis hic vsufructus, quẽ habet pater in bonis aduocitij filij, cesset in hoc regno, cõstituto filio extra patriam potestate per matrimonij contractũ, receptis Ecclesiæ benedictionibus. l. 14. Taur. hodie. l. 9. tit. 1. lib. 5. nouæ recop. At vsufructus, quẽ vterius parẽs habet in bonis expremortu cõiugis substantia à se acquisitis, quorũ proprietatẽ amittit pertransitũ ad secundas nuptias, nõ extinguitur qualitercunq; filio extra patriam potestate cõstituto. Quod hic vsufructus toto parentis tẽpore vitæ duret. l. femina. C. de secund. nupt. ibi. *Possidẽt tantũ, atq; fruendi in diem vitæ*, nec à patria potestate pendat. Cũ mater similiter eum retineat, quæ patriæ potestatis est incapax. Sic Azebedo lib. 5. recop. tit. 1. l. 4. n. 35.

12 Secundò dubitatur, an idem procedat in aui, proauis, & alijs ascendẽtibus ad secundas nuptias migrantibus? Videtur enim pars negã vera. Quippe leges n. 2. allegat de solis partibus loquũtur, quorũ nomine maxime in materia odiosa, qualis est hæc, nõ cõprehenduntur nisi soli pater, & mater. Et l. femina, in principio. C. de secund. nupt. dicitur, *suscipit ex prioris matrimonio filijs*. At dictio, ex, denotat causam immediatã. l. 1. §. ex incendio. ff. de incendio. ruin. naufrag. & ibi Bart. & auth. de nuptijs. §. quonia infirmas, ibi. *Filij quibus solis habet seruamus*. Vbi ponderanda est dictio,

solis, quæ excludit nepotes. l. iubemus. §. fin. C. ad Trebellia. Atq; ita hanc partem tenet Molin. tom. 1. de iust. tractat. 2. disput. 163. col. 3. notabili. 3. At dicendũ est idem de nepotibus, & alijs descendẽtibus, ijs enim tenentur aui, & alij ascendentes bona referuare à contigee præmortuo acquisita, transeuntes ad secundas nuptias. Probatur ex l. femina. §. illud. C. de secund. nupt. ibi. *Nullam ex prioris matrimonio habuerit successione*. Et l. in quibus. 7. C. eodem tit. ibi. *Filio, vel filia, nepote, vel nepte, vel pluribus hereditis*. Et l. si quis prioris. 8. C. eodem, tit. ibi. *Filij à se, vel nepotibus, vel pronepotibus relinquitur*. Vbi manifestus est sermo de quibuscunq; ascendẽtibus, & descendẽtibus. Et d. l. femina, in fine principij, dicitur bona hæc seruari quoad proprietatem liberis. Et auth. lucrum. c. de secund. nupt. ibi. *Lucrum hæc equaliter inter liberos lege distribuntur*. At appellatio liberorum continentur nepotes, & reliqui descendentes, vt expressè habetur. l. liberorum. 220. ff. de verb. signif. Tandẽ, quia eadẽ est ratio, imo maior in ascendẽtibus. Quia magis debetur hereditas partibus, quã alijs ascendẽtibus; auth. defuncto. C. ad Trebell. si ergo pertransitũ ad secundas nuptias priuantur partẽs proprietate bonorũ, à fortiori priuantur alijs ascẽdẽtes. Atq; ita docent Gloss. l. generaliter, in principio, verb. generaliter. C. de secund. nupt. Hostien. sum. tit. de secundis nuptijs. §. quare & qualiter. n. 5. vers. & quod dixi. Angel. de Perusio repetitio. l. mater, in fin. C. ad Tertul. Angel. Aret. in lit. de Senatus consulto Tertul. §. præferuntur. n. 16. vers. tertio casu. Ripa. l. femina, in principio. n. 9. q. 6. C. de secund. nupt. Matthesyl. in tractatu de successione ab intestato, ar. 2. principij, mēbro. 1. n. 28. & 29. & ibi Boglin. in additio. Nicolatus de Vbaldis eodem tract. in 2. p. n. 10. Garron. auth. ex testamento, in noua editio. post notab. 7. C. de secund. nupt. nu. 44. Boerius decisio. 187. n. 2. Guliel. Benedidus. c. Raynunt. verb. & vxorem, decisio. 5. vbi de success. ab intestato. n. 89. de testam. Castillo. l. 15. Tauri. n. 1. eolum. 2. verb. Las mugeres, & ibi Tello fin. & l. 6. n. 20. Greg. Lop. l. 26. verb. sin cam, tit. 13. p. 5. Menoch. cõf. 155. n. 3. vol. 2. Azeb. lib. 5. recop. tit. 1. l. 4. n. vltimo, & nu. 9. & tit. 9. l. 6. n. 2. Antonius Gabr. tom. 3. communium opinionũ, lib. 3. tit. de secund. nupt. conclus. 3. num. 4. Matienzo lib. 5. recop. tit. 1. l. 3. glos. 3. fin.

Bur-

Bartolus consil. 12. num. 9. volum. 1. Hoc tñ intelligẽdum est, quoad bona quæ peruenire ad auiam ex substantia ipsius aui sui coniugis, & e contra ad auiam ex substantia aui, & sic de alijs ascendẽtibus, etiam si ea bona ad nepotes prius peruenerint, quibus ad intestato aui vel auiam successerunt: tenentur enim aui vel auiam ad secundas nuptias transeuntes ea referuare nepotibus superstitibus ex prioris matrimonio habitis, secus autem erit, si pater vel mater bona aliunde quã ab aui, vel ab auiam quæ sita reliquerit filijs suis. Nam hæc quamuis ad auiam per successione ab intestato perueniat, non tenetur ea referuare dictis nepotibus. Sicut nec parentes transeuntes ad secunda vota priuantur substantia aui, vel aui. (vt num. 23. dicemus.) Sic Angelus Aretinus eo. §. præferuntur num. 17. vers. ex prædictis ergo. Matthesyl. Guliel. Benedidus, Garronis, Greg. Lopez, Matienzo proximè allegati. Tello. l. 6. Tauri. num. 20. Antonius Gabriel eadem conclus. 3. num. 17.

13 Tertiò dubitatur. An locus sit huic referuatiõni, quando secundum matrimonium à parente initum non est consummatum, aut est irritum? Et quidem quando non est consummatum, neminem inueni disputantem: at cùm. l. femina. C. de secund. nupt. & cæteri textus de hoc loquẽtes, ac rubrica illorum, de nuptijs secundis loquantur, & res sit pccnalis: vt constat ex auth. de nuptijs. §. si verò expectet, ibi. *Et hæc communis mulieris & viri multa sit*. Existimo iuxta dicta in simili, disput. 87. num. 19. intelligendum esse, quando posterius matrimonium est consummatum. Deinde, quia ratio huius pccnæ est iniuria irrogata priori viro, & filijs. (vt probauit num. 2.) quæ non plenè, ac perfectè inferitur, donec matrimonij consummatio accedat. Quando autem prius matrimonium irritum fuit, dicendum est locum esse huic referuatiõni, si ex eo geniti filij legitimi sint ob bonam vtriusq; vel alterius parentis fidem. Quia in his filijs legitimis militat rationes traditæ num. 2. Et ita docet Ripa rubrica. C. de secund. nupt. in noua editione num. 14. vers. sed de alio dubitari potest, & polliceatur latius de hoc fe acturum. l. hac editã. C. eodem. tit. ac interim cogitandum esse dicit. At si non sint legitimi, constat nullam esse referuatiõnem. Si verò posterius matrimonium sit irritum, Garronis. l. 1. in noua editione, notabili 3.

num. 10. C. de secund. nupt. ait incurri hanc referuatiõnis pccnam, si tales nuptie consummentur, siue scienter, siue ignoranter contractæ sint. Sed existimo si ignoranter contractæ sint, non locum esse huic pccnæ: per ea quæ dixi disput. 87. num. 18. Si autem scienter, cum sit fornicatio, pendet ex ea quæstione, quam disputatio sequenti discutiemus, vel xor viro, teneat tempore fornicans tenetur ad hanc bonorum referuatiõnem, perinde ac si ad secundas nuptias transisset. In qua quæstione defendemus ibi num. 11. non teneri, donec iudicis sententia accedat. Quare in præfenti quæstione idem dicendum est.

14 Ex secunda conditione, nimirum, vt bona sint acquisita ex prioris cõiugis defuncti patrimonio, inferitur. Primò, si vir legatum aliquod reliquit vxori, vel xor viro, teneat vtrumque transeuntem ad secundas nuptias id referuare filijs prioris matrimonij. Sic habetur expressè. l. femina, in principio. C. de secund. nupt. ibi. *Testamento, iure directo, aut fidei commissi, aut legati titulo*. Quia id titulo lucratiu habetur ex bonis coniugis præmortui. Et docent Oldradus consil. 33. num. 3. Ripa. d. l. femina, in principio, in noua editione. q. 19. num. 51. Ioannes Lupus. l. 14. Taur. nu. 22. Boerius decisio 185. num. 7. addens (Castille,) idem esse si alter alteri donet. Castillo. l. 14. Tauri. nu. 8. Cifuentes. l. 15. Tauri. nu. 2. vers. in 2. casu principali. Et ibi Antonius Gomez num. 2. Molina lib. 2. de primog. cap. 10. num. 60. Matienzo lib. 5. Recopil. tit. 1. l. 3. glosa 2. num. 3. Azebedo eodem tit. l. 1. l. 4. num. 21. & 29. Alter Molina tomo 2. de iust. tract. 2. disput. 431. eolum. 7. vers. dubium est. Sed est fortis obiectio contra hoc. Quia si filius leget vtriusq; parenti, non tenetur in secundo postea cõiugatus id legatum referuare filijs prioris matrimonij. Authet. ex testamento. C. de secund. nuptijs: & ea redditur ratio, quòd tunc capiat à filio, tanquam ab extraneo. Et dicemus latius hac disput. num. 41. Ergo idem dicendum est, quando coniugis legat coniugi. Cùm similiter capiat tunc coniugis instar extranei. Solam enim quinta bonorum partem, quam extraneo dare poterat, potest ei legare in præiudicium filiorum. Atq; proinde videtur contra decisiõ illa. l. femina per. d. Auth. ex testamento. Sed dicẽt quòd doctores allegati non esse correctam, sed in suo robore persistere: esseq; casum specialem, in quo est deterioris

Oo conditionis

conditionis coniux ille, cui legatum reli-
 dum est, quam quilibet extraneus. Et po-
 test esse ratio iniuria irrogata coniugi mor-
 tuo per coniugem secundas nuptias ama-
 tem: quam minimè infert extraneus: & sic
 nil mirum, si deterioris conditionis ille sit.
 15 Secundò infertur, quid dicendum sit in
 ea questione: Si pater in suo testamento
 substat pupillariter matrem filio impu-
 beri: an bona illa, quæ ex substitutione pu-
 pillari patris, per mortem filij mater con-
 sequuta est, teneatur referuare filijs prioris
 matrimonij? Cuius difficultatis enodatio
 pendet ex cognitione, an substitutio illa
 pupillaris censetur testamentum patris, an
 potius filij impuberis. Si enim patris sit te-
 nebitur referuare, iuxta nu. precedenti dicta.
 Ut potè quæ ex testameto viri ea bona
 assequuta est. Si autem filij sit: non tenebitur,
 iuxta dicenda nu. 41. Quia tunc succedet
 ex filij testameto. Baldus consil. 42. ad
 evidentiã nu. 3. & consil. 216. casus talis est
 statuto, in fine, lib. 3. censet non teneri ma-
 trem transeuntem ad secundas nuptias ea
 bona referuare filijs prioris matrimonij:
 sed pleno iure ea acquirere quoad proprie-
 ratem, & usufructum. Quòd testamentum
 illud censetur patris, & filij, illius quoad
 ordinationem: pater enim illud ordinat:
 huius autem quoad successionem: verè enim
 per illud succeditur filio. 1. Papiñanus. 5.
 sed nec impuberis. ff. de in offic. testam. Et
 ita favorabilior via eligenda est, vt succedat
 mater tanquam ex testamento filij. Idè
 approbit dicens singulari Boerius deci-
 sione 186. nu. 2. Idem tenet Antonius Gab-
 riel tomo 3. commun. opin. lib. 3. rit. de
 secund. nupt. conclus. 3. nu. 24. Alij censent
 teneri referuare. Quoniam pupillare testa-
 mentum non est propriè filij, sed patris.
 Quod vel inde constat, nam in testamento
 filij est necessariò mater hæres institueda,
 nec postet grauari in legitima iure sibi de-
 bita. An in eo testameto potest mater ex-
 heredari, ac grauari. Iudicandus ergo est de
 ijs bonis, quæ mater sic habet, sicut de illis
 omnibus, quæ ex viri testamento cõsequu-
 ta est: quæ teneatur referuare. Deinde, quia
 hæc bona censetur mater habere ex pro-
 pria viri liberalitate cum potuisset alij cui-
 us relinqueret exclusa penitus matre. Ar ea
 omnia, quæ mater habet ex largitione viri
 liberali, tenetur referuare filijs prioris ma-
 trimonij. 1. femina. in principio. C. de sec-
 und. nupt. Et hæc sententia mihi placet.
 Quam sequi videtur Franciscus Aretinus

cõsilio 40. in fine. Et tenet Garronis auct-
 oritatem, in noua editione, à num. 45.
 vsq; ad 18. C. de secud. nupt. vbi idem bene
 ait, si mater sit substituta compedio se, in
 quo casu decedente pupillo intra etatem
 pupillare, valet vt pupillaris iure directo,
 etiam quando facta est per verbum com-
 mune. Iuxta frequentiore sententiã, de
 qua in l. Ceturio. ff. de vulgari. Idem tenet
 Acosta cap. si pater. 3. p. verb. censendum
 nu. 19. de testam. in 6. optimè limitans, vt
 intelligatur de bonis, quæ pupillus ille à pa-
 tre habuit. At si quid pupillus patre super-
 stite, aut defuncto, aliunde habuit, id pleno
 iure retinebit mater. Quia quamuis succe-
 dit ex mariti testamento: at. l. femina. &
 1. generaliter. C. de secund. nupt. loquuntur
 de ijs bonis, quæ ex prioris viri facultate
 tibus vxor cõsequuta fuit. Quare cum hæc
 bona non fuerint mariti, non habebunt lo-
 cum ex leges. Præterea, quia non est eadè
 ratio in bonis impuberis proprijs, etiam si
 id testamentum sit patris, ac in bonis ipsius
 paternis. Vt constat ex l. si is qui ex bonis
 6. ff. de vulgari. ibi. si is qui ex bonis testato-
 ris solidum capere non poterat, substitutus sit
 ab eo, impuberi filio eius: solidum ex ea causa
 capiet, quasi à pupillo capiet. Ergo quamuis
 bona paterna ex ea substitutione parta
 teneatur mater referuare, non idem dicendū
 erit de bonis ipsius impuberis.
 Tertiò infertur, quando ex testamento,
 vel donatione coniugis defuncti, non ta-
 men ex bonis ipsius, consequitur aliquid
 alteri coniux, id minimè referuandum esse
 filijs prioris matrimonij. Vt si quidam cõ-
 mitat viro facultatem nomine suo testatū,
 vel ex bonis proprijs distribuendi certam
 quantitatem: & vir leget, aut distribuatur
 vxori, consequetur pleno iure vxor, quam-
 uis postea secundò nubat. Quia (vt nu. præ-
 cedenti cum Acosta probauimus) ea reser-
 uatio solum habet locū, quādo bona con-
 iugij relicta sunt ex defuncti coniugis sub-
 stantia. Deinde, quia hæc bona non cense-
 tur cõferre ex executor ipse vxori, cum non
 sit eorum dominus, & ita quamuis liberam
 habeat electionem, nequit grauare: sed cõ-
 sentur collata ab eo, qui commisit. l. vnum
 ex familia. §. si de falcidia. ff. de legat. 2. Præ-
 terea, quia huiusmodi faciens distributio-
 nem potest ea bona dare proprio filio spu-
 rio, iuxta comunem omnium sententiam.
 Cum tamè interdicitur ei sit aliquid illi, ex
 bonis proprijs reliquere. Quia in hoc casu
 non censetur ipse pater distribuens dare.

Secus autem esset, si cõmissarius ille ad lo-
 gandum, vel distribuendum, dedisset, aut
 legasset coniugi filius, qui potestatem com-
 mitit: tunc enim coniux ille ad secundum
 coniugium migrans tenetur sic accepta refer-
 uare filijs prioris matrimonij. Quia verè
 reputantur à coniuge defuncto liberaliter
 acceptæ: & sic vera omnium sententia fate-
 tur non posse commissarium distribuere,
 aut legare filio spurio committentis facul-
 tatem. Quòd tamen intelligerem, quando
 ea distributio gratuita esset. Quoniam si ea
 bona coniux cuidam commisset distribu-
 da pauperibus, vt leuaret onere restitu-
 di debita ignoti domini, tunc enim si cõ-
 iugij vero pauperi committentis facultate
 aliquid ex eis bonis distributum esset, non
 teneretur transiens ad secundas nuptias refer-
 uare filijs prioris matrimonij. Nec enim
 ea bona censetur consequi ex sui coniugis
 liberalitate, sed nomine creditoris in-
 certi, cuius personam representat, vt verè
 pauper, tanquam verè debita.

17 Quartò infertur, quid censendum sit de
 bonis, quæ coniux transiens ad secundas nu-
 ptias acquiritur: sibi data contemplatione
 coniugis defuncti. Quidam censent ea non
 referuare filijs prioris matrimonij. Quia
 lex priuans coniugem proprietate acquisi-
 torum ex alterius coniugis substantia, & refer-
 uans ea filijs prioris matrimonij est pœ-
 nalis: (vt nu. 13. probauimus). Atq; proinde
 loquens in causa vero, vel simpliciter,
 non debet trahi ad casum factū, qualis est,
 vt contemplatione coniugis donata cõiugij,
 censetur data à coniuge, cuius contem-
 platione donata sunt. Præterea, quia l. femi-
 ne, stat in principio. C. de secun. nupt. dicit,
 Ex facultatibus priorum maritorū. Et statim
 paulò inferius, Ex bonis (vt dictū est) priorum
 maritorū. At geminatio verborū præcillam
 mentem demõstrat, ac veritatem requirit.
 c. si qui iratus. 2. q. 3. & cõprobat Felinus
 cap. finali, in principio, de offic. deleg. Et
 idè hanc partem sustinent. Decius. c. Ec-
 clesia, de constit. in noua editione nu. 125.
 Romanus latius probans consil. 405. à n. 1.
 vsq; ad 4. Gulielm. Benedictus. c. Raymū-
 tius, de testam. verb. qui cum alia nu. 199.
 Ripa. l. femina, in principio, in noua edi-
 tione. q. 16. nu. 34. & sequentibus. C. de sec-
 und. nupt. Chassaneus in cõsuetudinibus
 Burgundia, rubrica 7. §. 7. n. 2. Gremenis
 singulari 82. mulier transiens. Garronis au-
 thè. ex testamento, in noua editione: post
 notabile 7. nu. 43. fine, & nu. 45. C. de se-

cund. nupt. Nicolaus Arelitanus. l. genera-
 liter, in noua editione. C. eodem tit. n. 69.
 Castillo. l. 15. Tauri, columna 3. nu. 2. vers.
 sed prima m. verius. Villalobos in suis cõm-
 munitibus, littera B. n. 38. Antonius Gabriel
 tomo 3. commun. opin. lib. 3. tit. de secud.
 nupt. conclus. 3. n. 32. Az ebedo lib. 5. reco-
 tit. l. 1. 4. n. 42. Alij verò placet, hæc bona
 referenda esse filijs prioris matrimonij.
 Quòd censetur profecta ex bonis coniugis,
 cuius contemplatione data sunt. Sic
 Antonius Gomez. l. 14. Tauri nu. 7. Valas-
 cus consil. 16. nu. 2. volum. 1. Molina to. 2.
 de iust. tractatu 2. dist. 431. col. 7. vers. dubiū
 est. Ceterum in hac questione nulla vide-
 tur esse ratio dubitandi, quādo ita ea bona
 dantur coniugij, contemplatione alterius
 v.g. vxori contemplatione viri, vt censetur
 ipsi viro, & non vxori donata: tunc enim
 nullatenus acquiritur vxori, etiam quoad
 usufructum, quamuis non secundò nubat,
 nedum si nubat: sed hæc donatio mariti sunt
 danda. Iuxta ea, quæ latè tradidit lib. 6. to-
 til. 26. Quam obrem cõtrouersia hæc pro-
 cedat, quando ita dantur vxori licet cõte-
 platione viri, vt omninò proprietates acqui-
 rantur vxori: tunc enim videntur ex mariti
 substantia profecta, & ita censet posterior
 sententia esse referuanda. At multò verior
 sententia est, non referuari, vt sustinent prio-
 res Doctores allegati. Et probant rationes
 dictæ. Atq; ita Ioannes Lupus. l. 15. Tauri
 nu. 12. cautè dixit nõ perdere vxorem quæ
 habuit contemplatione viri, nisi fuerint ta-
 liter data vt viro acquirantur.

18 Quintò infertur, cõiugem succedentem
 ab intestato filio prioris matrimonij in bo-
 nis, quæ is filius ex parentis substantia ha-
 buit, teneri transeundo ad secundas nuptias
 ea bona referuare filijs prioris matrimonij,
 ac amittere illorum proprietatem, solo usu-
 fructu retento. Constat ex auth. de nuptijs
 §. hinc nos, collat. 2. vers. si autè intestatus,
 ibi. Si autem intestatus filius maritus, iam ad
 secundas veniente matre nuptias, aut postea ve-
 niente, vacetur quidem & ipsa ad eius successio-
 nem ab intestato. Sed quanta quidem: quæ ex
 paterna substantia ad filium peruenit, eorū
 solum modo habet usufructum. Vbi Glossa verb. vsu-
 ait, id est, usufructum. Idem habetur. l. femi-
 na. §. illud. C. de secund. nupt. Nec refer-
 fert, siue parens transeat ad secundas nu-
 ptias post obitum filij, cui in bonis patris
 ab intestato successit, suæ ante illū. Vt ex-
 pressè habetur. d. §. hinc nos vers. si autem
 intestatus. Dixi ab intestato. Quia quan-